

Matthias Stein

Academiae Rostochiensis Rector, Matthias Stein/ J. U. D. ... Ad Exeqvias Solennes Matronæ ... Elisabethæ Schnittlern/ Beati In Deo Dn. Hermanni Lembcken/ J. U. D. ... Viduæ, Abs Hæredibus Moestissimis Relictis hodie paratas ... Cives Academicos ... invitatos vult : [P. P. Sub Sigillo Academ. Anno 1716. d. 5. Novembr.]

Rostochii: Wepplingius, [1716]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774549645>

Druck Freier  Zugang



Stein, M.,
in
E. Schnittler,
viduam H. Lembcke.

Rost. 1716.

25

ACADEMIÆ ROSTOCHIANÆ
RECTOR,

MATTHIAS SEEM/

J. U. D. & Cod. Prof. Publ.

FCtatis Jurid. ut & Colleg. Prof. Senator Senior,

FUNEBIRI hoc PROGRAMMATE

AD

EXEQVIAS SOLENNES

Matronæ Præ-Nobiliss: DEOqve non in-
fucatâ pietate devotiss.

ELISABETHÆ

Schnittlern /

BEATI IN DEO

DN. HERMANNI

Zembcken /



P. P. Celeb. FCtatis suæ quondam
ac Syndici Civitatis hujus Gravissimi,

VIDUÆ,

Abs

HEREDIBUS MOESTISSIMIS RELICTIS

hodie paratas

Quâ fas est humanitate

CIVES ACADEMICOS O. O. HONORATISSIMOS

invitatos vult.

Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, SERENISS. PRINC.
& ACAD. Typogr.



Onstitutum à DEO esse omnibus, quotquot in mortalem hanc in-
tröeunt vitam, certum quendam
vivendi terminum, eò minus in
dubium vocari potest, quo clari-
ora de eo sunt loca: *Job. XIV. 5.*
Pf. XXXI, 16. Pf. CXXXIX, 16. Qvem-
admodum autem omnibus mun-
danis rebus Sapientissimus Creator legem quendam tu-
lit, præscribendo causis naturalibus ordinem, quo, cum
generali ipsius concursu, agere debent aguntque; Ita
& de communi lege singulis mortalium temperamen-
tum confertur, cujus vi ad certum vitæ spatium cum
concursu divino pertingere possunt: quapropter ter-
minus vitæ *naturalis* vocari solet. Sic itaque *DEUS*,
ut verbis Hunnianis *Qu. & Resp. de Provid. Div.* rem
edifferam, *concurrit ad constituendum hunc terminum, non
tantum præscientiæ suæ ratione, sed quia ipse sustentat ac
regit naturam & causas secundas. Atque sic mediantibus
hisce DEUS, tanquam causa prima, illum, de quo dicimus,
terminum præfigit.* Et quanquam aliquando *DEUS*, vel
bonitate suâ vel justitiâ motus, naturalem hunc vitæ
terminum, nunc prolongando, nunc abbreviando,
mutet; frequentius tamen, nî homines ipsi, *DEO* per-
mittente, morborum mortisque causas sibi contrahant,
eundem obtineri, cur debitemus, nihil apparet causæ.
Interim fatendum est, experienciâ docente, aliis citi-
us, aliis tardius terminum vitæ, idque non fortuito;
sed sapientissimo sapientissimi vitæ necisque Arbitri ex
arbitrio, venire. Inde non senum semper funera ef-
ferimus, aut in virili ætate constitutorum hominum,
sed juvenum quoque frequenter, imò infantum ipso-
rum

rum non infrequentius. Quod si verò contentio quædam fiat ac comparatio, dixerim fermè, de longævitate qui gloriari possint, in hac ultima mundi senectute, fieri rariores. Suo jam tempore Legislatori m. ille, quos orbis tulit, sapientissimus, Moses, *Ps. XC. 10.* dies annorum nostrorum dixit septuaginta annos; si verò in fortitudinibus, sive *ad summum*, ut alii verunt, i. e. si vitæ nostræ duratio invalescat aliorumque multorum ætates potenter exsuperet, quod Lutherus reddidit; *wenns hoch kömmt*; octoginta annos esse. Quod tamen non ita est accipiendum, ac si nullus unquam diutius protracturus sit vitam; sed hunc communissimum esse terminum vitæ, indicare vult divinus Scriptor, quem non omnes attingant, ac qui superent, paucissimi sint & extraordinario quasi privilegio divino gaudentes. Quodsi ratio quærat, cur DEUS igitur nonnullorum proroget vitam? tantum abest, ut impiorum ætatem vel prolongatam ullo in exemplo, vel prolongandam legamus: quorum è contrario vitæ abbreviatæ non pauca inveniuntur exempla, uti *Gen. XXXIIX. 7. 10. 1. Sam. XV. 38. Jer. XXIIX. 14. 15.* quemadmodum id etiam *Gen. XXIIX. 10. 21. 22.* DEUS expressè comminatus est impiis; ut potius solos pios hæc maneat prærogativa, manifestissimo argumento, longævitatem à nobis singulare DEI beneficium habendam esse, quod non nisi obedientibus suæque præcepta custodientibus promisit, *Exod. XX. 12. Prov. III. 1. 2. IV. 10. Eph. VI. 2. 3.* Talismodi, ultra Mosaicum vitæ terminum, eumque supremum illum, protractæ ætatis exemplum nobis occurrit in Matronâ, cujus cineribus hoc die ultima exsolvaturi iusta sumus / Præ-Nobiliss. DEOque per omnem vitam devotissimâ, ELI.

A 2

SA.

SABETHA SCHNITTLERIA, Viri de Academiâ
pariter ac Civitate nostrâ, cum perenni nominis sui
gloriâ, promeriti, Præ-Nobiliss. Consultiss. atque
Excellentiss. DN. HERMANNI LEMBCKENII;
J. U. D. & P. P. post fata quoque Celeberrimi, FCtis
sua Senioris, & Syndici Rostochiensium Gravissimi,
relictâ Viduâ XLII. annorum, per varios casus, per
tot discrimina rerum, singulari ex benedictione divi-
nâ annum vitæ octogefimum, juxta recentiorum cal-
culum, decendio jam superante. Cujusmodi cum ra-
riora soleant esse exempla, meretur hoc ipsum, ut
memoriam illius non nos inter solum conservemus,
sed & posteris tradamus. Ex eo namque testimoni-
um haurire licet, Veracissimum DEUM nostrum, quæ
sibi obedientibus promisit, largâ manu implere, etiam-
si eosdem non sine cruce ac paternâ castigatione,
quæ piorum proprium atque certissimum velut
signum est, vitam transigere velit. Ut igitur piè De-
functæ Matronæ longum vitæ periculum brevi oratio-
nis tenuique filo pertexamus, de ortu illius comme-
morandum erit, quod Anno superioris seculi vigesi-
mo septimo, & quidem mensis Octobris 16. die in
hunc mundum hancque in urbem edita sit, abs Paren-
tibus omnis honestatis virtutumque laude conspicuis.
Patrem quippe agnovit Virum Eximium Spectatissi-
mumque, JOHANNEM Schnittler/ Civem urbis no-
stræ primarium, in Collegium sedecimvirale cooptatum,
& primarii urbis templi D. Virgini consecrati Cura-
torem fidelissimum. *Matrem* autem Virtutibus
matronalibus præstantissimam ELISABETHAM Su-
sebiens. *Avus* paternæ lineæ ipsi contigerat Vir Am-
pliss. ac Prudentiss. DN. JOHANNES Schnittler/Con-
sul

sul in Sangenschede/ quod oppidum est non postremum
 in dioecesi Coloniensi. Et per istum *Avia*, Matrona
 magnâ Virtutum laude præfulgens, GERTRUDIS
 Korbess. In lineâ maternâ *Avus* ei fuerat Nobiliss. ac
 Prudentiss. DN. HENRICUS Gusebier/ hac ipsâ in ur-
 be Senator ac Camerarius, de publicâ re præclare me-
 ritus Vir. *Avia* autem, pia Matrona, ANNA Stettel-
 bladten. Quorum ex sanguine oriunda Matrona Bea-
 ta, terræ quidem advena, mox DEO per lavacrum,
 Baptismi oblata & consecrata fuit, ut, à Patre cœlesti
 in filiam adoptata, jus adipisceretur cœlestis heredita-
 tis. Nec intermiscere, quæ prudens ipsorum provida-
 que cura erat, Parentes, quidquid ad commodam at-
 que decentem Natæ suæ educationem facere iudicabat-
 tur, quò, virtutis amore à teneris, quòd ajunt, un-
 gviculis ei instillato, ad omnem honestatis, pudicitiae
 modestiaeque rationem componeretur. Cum primis
 autem, ut tener animus timore DEi, sapientiae omnis
 initio, imbueretur, curam impenderunt omnem, om-
 nes cogitationes. Nec minus, crescentibus annis,
 de eo solliciti fuere, ut ad rem familiarem gerendam,
 quò suæ olim domui bene præesse posset, instrueretur
 ac manuduceretur. Tam itaque sollicitâ ex educati-
 one evenit, ut pietatis, prudentiae ac omnium Virgi-
 nes decentium virtutum laudes eandem manerent,
 quæis omnium sibi promerebat favorem. Et ipsæ hæ-
 erant, quæ animum illi amoremque conjugalem,
 conciliaverant Viri supra laudati, DN. D. HERMAN-
 NI Sembcken. Is namque, susceptis de propriâ domo
 & familiâ constituendâ cogitationibus, hanc Nostram
 tot virtutibus coruscantem præ aliis elegit, electam ex-
 petiit, expetitam obtinuit, obtentam domum duxit,
 nuptiis

nuptiis An. 1647. d. 21. Julii sacerdotali benedictione,
consummatis. Nec unquam eum initi cum illa ju-
galis foederis poenituit, sicuti & ipsa nullam ullam
habuit poenitendi causam. Concors enim ipsis con-
jugium fuit, svave, jucundum, ac, ut variis aliis
modis, ita & prole non unâ desuper benedictum. Pri-
mo Mater felicissima partu Anno 1650. d. 10. jun. edi-
dit Filium Genitoris sui maxime æmulum, ita ut
in Professione Academicâ ei succederet, in Magistra-
tu autem urbis gradu superaret, Virum puta Præ-
Nobilissimum olim, Consultiss, Excellentiss, ac Pru-
dentiss. Dn. JACOBUM Lembcken / U. J. D. & Cod.
P. P. Celeb. nec non Civitatis Varniacæ Consulem
Gravissimum, quem longiori vitâ dignissimum immat-
tura mors Anno 1693. è consortio hominum abstulit,
non sine ingenti & Academiae & Civitatis dolore,
maxime autem amantissimæ Genitricis cum mœrore
vix consolabili. Et cettè ægrius longè in speratum hunc
Filii obitum Mater tulisset, nisi superstites ex eo ha-
buisset, qui aliquantum dolorem lenire poterant, dul-
cissimos nepotes, neptesque jucundissimas. Bina enim
vice Beatus hic vir eandem Socrum fecerat, duplici
inito conjugio. Primum contraxerat cum Lectissima
magnisque sui sexus virtutibus cumulatissime ornata
Virgine, MARGARETHA MEVIA, Consumma-
tissimi JCti, cujus fama volat per ora virum, DAV.
MEVII, S. Reg. Maj. Sveciæ Consil. Intimi, & summi,
quod Wismariae est, Tribunalis Regii Vice-Præsidis,
in Bromnickau / Baggendorff & Jarrentin Hæredi-
tarii, Filia, Anno 1679. d. 13. Febr. consummatum.
Quam cum mors propera puerperam An. 1684. d. 9.
Febr. sustulisset, ineqvante anno ad secunda transiit.

vota,

vota , celebratis d. 18. April. faustissimis nuptiis cum
Præ-Nobiliss. Virtuosissimaque ANNA MARIA
Schwarzkopffen/ Virgine tum Filiâ Viri Præ Nobiliss.
Consultiss. ac Prudentiss. DN. CASPARI Schwarz-
kopffen/ Jcti Fulgidiss. atque WisMariensium Con-
sulis ac Syndici Gravissimi. Et utroque hoc conjugio
Vir Beatus Matri dulce conciliaverat Aviaæ nomen. Ex
altero quippe vidit eadem I. Virum perstrenuum , DN.
DAVID HERMANNUM , quem initio quidem tum
Rostochienses , tum Regiomontanæ Mulæ nutritive-
rant , postmodum autem militaris rei amor cepit,
Invictissimi Svecorum Monarchæ exercitui adscriptum,
in quo sub Chiliarcha de Lilsenhöck equestris cohör-
tis Vexillarius militans , hosti quidem commisso in
prælio , at non sine fortitudinis demonstratæ laude ,
succubuit. II. Fœminam muliebrum virtutum splen-
dore valdè conspicuam, MARIAM ELISABETHAM,
auspicatissimo conjugio elocatam Viro Nobiliss. atque
Ampliss. DN. JOACHIMO HENNING Gerdesi/
Secretario Regio Summi , apud WisMarienses floren-
tis, Tribunalis Dexterrimo, quæ Aviaæ suæ Proavia su-
peraddidit nomen, septuplici edito partu , FRIDERI-
CO videlicet GEORGIO , JULIO HENNING ,
JOACHIMO DAVIDE , quos nec infantum teneri-
tudini parcens mors mundo jam eripuit , prætereaque
ANNA MARGARETHA, GEORGIO GUSTAVO ,
PHILIPPO HERMANNO, superstibus per DEI grati-
am , & faxit ea , in dulce Parentum gaudium , quam
diutissime ! tandemque CAROLO FRIDERICO, ite-
rum & in cœlum recepto. III. Maximè strenuum Præ-
stantissimumque Virum, DN. JACOBUM EMANU-
ELEM , qui etiam & in patria & in vicinâ nobis Po-
mera-

meranorum Gryphica Academiâ jurisprudentiæ studio
gnaviter incubuit, mox verò Svecica castra secutus,
Duce quidem tum Chiliarcha, nunc Generalis locum
tenente DN. de DUCKERN, Præfectus cohortis
constitutus, in notabili illa notissimaque propè Pultava
commilla infelicitè pugna, ceu militis fortitudi-
nem decet, vitam amisit. IV. Mellitissimam infan-
tem, ANNAM, quæ paulo post ac nata ad vitam
naturalem, adque spiritualem renata esset, denata
est ad vitam in cœlis æternam. Altero ex Filii con-
jugio amplexa nepotes Beata fuit I. Virtutibus præ-
stantissimam fulgidissimamque, ELISABETHAM
CATHARINAM, quæ primum quidem in conjugium
accepta fuit Viro maxime Strenuo, DN. SVENONI
HERLINGO, Reg. Maj. Svec. rei tormentariæ Præ-
fecto (Artillerie Major) Wismariæ degenti; cumque
is præmaturâ morte improles diem obiisset, secundis
nuptiis cessit Viro per - Strenuo Generosoque, DN. AN-
TONIO von TEET, Centurioni Svecico, quem su-
periori anno Viduum dereliquit, non multo post in
gaudia cœlestia sequuturum. Hoc ejus postremum
matrimonium secundum exstitit, productis in lucem
filio unico, ERICO, qui cum utroque jam Parente
(unius enim semestris spatium Matrem primum, dein-
de Filium, ac tandem Patrem abstulit) æternis fruitur
bonis; unicâque filiâ lectissima jucundissimaque, MA-
RIA ELISABETHA, quam Proavia in domum suam
recepit, in tædiis curisque plenâ senectute variis blan-
disque modis ab eâ recreata. II. Nobiliss. atque Clariss.
Virum, DN. CASPARUM, unicum hodie Paterni No-
minis superstitem, quod speramus, propagatorem, qui
Ampliss. Senatus Rostoch. Secretarius quidem, currente
April,

Aprilis mense A. 1713, legitime constitutus, officium tamen isthoc, causis permotus prægnantibus atqve sufficientibus, Anno superiore deposuit, ac à negotiis publicis se removens ad vitæ tranquillitatem quietemque per fugit. Non minimam is felicitatis suæ partem reputat, quod ipsi nepotum ex numero soli contigerit senio confectæ dilectissimæ Aviaæ suæ præsto esse ac filialia, quæ sanctissima DEI lex Parentibus à liberis præstanda vult, servitia ad extremum usque illius habitum exhibere. Quam pietatem ipsi à gratiâ divinâ compensatum iri, qui dubitet, non habebit. III. JOHANNEM FRIDERICUM, tenerrimâ in infantia cælo restitutum. IV. Fœminam Præ-Nobiliss. magnæque virtutum fulgore nitentem, ANNAM, MARGARETHAM, quæ nupsit Viro Generoso ac Consultissimo, DN. GUSTAVO SCHEFFELIO, Sereniss. Duc. Meckl: DN. FRIDERICI WILHELMI gl. rec. Consiliario Cancellariæ justitiæ fulgidissimo, ex quâ sua nepte Beata LEMKENIA acceperat, sed mox iterum amisit, Pronepotem ANTONIUM, & Proneptem DORO. THEAM, quorum Genitrix nunc Lubecæ degens tantò acerbius faventissimæ Aviaæ suæ obitum luget, quod solatis abs eâ profectis in posterû carere ipsam oportet. V. Denique CAROLUM FRIDERICUM, qui & ipse ante Genitorem suum tener admodum naturæ debitum exsolvit. Sic itaq; beatè Defuncta per primogenitum illum Filium suum novem utriusque sexus nepotum Avia, Proaviaque undecim pronepotum facta fuit. Ad reliquam autem ex ipsamet illa progenitam prolem ut pergamus, Aõ 1652. enixa fuit filiolam, ANNAM ELISABETHAM, quam anno mox inleqvante ad se, qui dederat, DEUS recepit. Compensabatur verò illi

B

us

us abitus Anno 1654. filio altero. impositum no-
men JOHANNIS, qui adultior factus civicam elegit
vitam, domicilioqve Wismariæ constituto, Ornatissi-
mam BALTZERIAM vitæ sibi toriqve sociam adici-
vit. Sed eum quoque, optima ætatis in flore constitu-
tum, nullis relictis liberis, mors spe & exspectatione,
citiùs mortalium numero exemit, Viduâ ipsius in-
torum postea concedente Viri Generosi ac Juris Con-
sultiss. Dn. FRIDERICI WAGNERI, summi Tribuna-
lis Svecici Wismariæ Assessoris Regii longe Gravissi-
mi Amplissimiqve. Jam porro quartum An. 1655. edi-
dit Nostra partum, Filiam Lectissimam, ELISABE-
THAM, quæ cœlibem continuò vitam agens, Virgo
proba, pudica, pia, Matri Viduæ, ingravescente jam se-
nectâ, adstitit usqve ad beatam ejus analysin, quæ ipsi
contigit Anno currentis Seculi sexto. Ultima tandem,
quam Nostra peperit, Filia fuit An. 1658. in lucem ex-
clusa, Fœmina quondam Eximia planè omniqve vir-
tutum decore præstantissima, ANNA, quam nuptum
dedit Præ-Nobiliss. ac Consultiss. DN. EBERHARDO
von Bergck / J. U. D. & causarum Patrono Fulgidissi-
mo. Ex eâ duorum facta est Avia nepotum, prioris
quidem mox iterum defuncti, posterioris autem, quæ
Numinis gratia est, superstitis, Viri nunc Generosi,
Dn. HERMANNI EBERHARDI von Bergck / Hypo-
thecarii feudi equestri Lebsten / quem ante proximum
triennium abs S. Cæs. Maj. equestri ordine ac dignitate
ornatum vidit. Vidit eundem quoq; ac inde lætata fuit,
maritum indole pariter atq; profapiâ Generosæ DORO-
THÆ AUGUSTÆ von Tessinen. Vidit & ipsum Pa-
trem geminæ prolis, filioli EBERHARDI DIETERI-
CI, filiolæq; ANNÆ CATHARINÆ, quæis faventissi-
mæ

mæ sibi Proaviæ obitus eò minus doloris parit, quò minus ob infantiam eum dijudicare valent. Hæc igitur est numerosa progenies functæ LEMBKENIÆ ortum debens, partem in cœlis triumphans, militans partem in terris. Quinq; omnino fuit liberorum Mater, undecim nepotum Avia, Proavia tredecim pronepotum. Haud ergo deerunt, sperare licet, qui grato in pectore illius conservaturi sint memoriam. Quod autem reliquam in DEo Demortuæ vitam attinet, supervacaneum ducimus prolixam ejus Historiam conscribere. Tantummodo paucis notamus, eandem variis admodum casibus diversæq; obnoxiam fortunæ fuisse. Quamquam enim non semel, sed iterum atq; sæpius benignior ipsam fortunæ afflaverit autæ; mox tamen iterum infortuniorum (his enim vicissitudinibus, quos chariores sibi habet, divisa providentia exercere solet) tempestates perensit. Tacebimus communia illa, quæ omnes vel plurimos unâ cum illa affligere, mala, domestica solummodò spectaturi. Quot enim non eam Suorum experiri funera oportuit? utpote dulcissimi mariti, duorum dilectissimorum filiorum, filiarum, jucundissimarum trium, omniumqve aded ex se genitorum liberorum, nepotum suavissimorum septem, totidemqve pronepotum mellitissimorum, ut Parentum omnium Generorum, Nuruum ac allorum arctiori vel sanguinis vel affinitatis vinculo ipsi junctorum paratas exequias silentio involvamus. Constantiam ad hæc perferenda requiri dices plusquam muliebrem. Quid verò Nostra? Percussisse illa omnia animum quidem dubium non est; at frangere tamen non valere. Edocta videlicet erat, nil quidquam nobis sine divini Numinis nutu evenire posse, &, diligentibus DEum cuncta in bonum cedere, vel suomet proprio exemplo erat experta. Ideòqve nec à pietate aut confidentiâ suâ in benignissimum Patrem unquam recessit. Confugere quibuslibet in adversis ad veri solatii fontem solebat, Verbum puta divinum, cujus per omnem vitam amantissima fuit, nulla colloquia, quam quæ ex eo misceri solebant, suaviora utiliorave ducens. In hoc igitur unico amplissimum senectutis suæ oblectamentum quæsit, cujus etiam non poenitendos in ipsis extremis fructus speravit, & non speravit solum, sed etiam gustavit. Ad extrema autem ejus quando devolvimur, non erit, ut quis causas mortem illi afferentes describendas desideret, quas præter ipsam senium non alias fuisse, ipsemet judicavit Medicus Experientissimus, Vir Præ - Nobiliss. Excellentiss. atqve Ampliss. DN.

DN. GEORG. DETHARDINGIUS, Med. D. & P. P. Celeberr.
 Fautor, Collega, ut & Affinis noster multum Honoratissimus, cujus
 de Beatae abitu iudicium legendum heic opponemus. Rogatus, sunt e-
 jus verba, ut Historiam Morbi exponam, quo Veneranda Vidua LEMB-
 KENIA obiit, non habeo prater Verbulum, quod referam: Senectus
 ipse fuit Morbus; aut si terminum medicum velis: Marasmo senili
 defuncta est, illa, quam Civitas pro Decore, Familia pro oraculo, Boni
 pro socia, Fideles pro sorore, vita longioris Amasti pro Duce, ego pro
 Matre habuimus & coluimus. Et exitus sane veritatem illius proba-
 vit quando superioris Octobris mensis die 27. (qui, si veterem, ut
 ajunt, styllum respexeris, ipse natalis illius fuit, ut eopse, quo mun-
 dum ingressa, egressa iterum ex eodem sit, die) ad meridiem prope-
 rante, circa horam XI. haud secus ac ardens candela, ob deficiens
 flammæ pabulum (qualis ferè senio confectis contingere obitus solet)
 extincta est. Equidem ex aliquo tempore & visus & auditus non
 adeò promptè, ut solebant, suum officium præstabant; notatu tam-
 en dignum est, utramque aliquot ante beatum illius obitum se-
 ptimanis pristinum recuperasse vigorem, animadversum fuisse, ut
 adeò non mente solum, sed sensibus quoque integris utens decesserit.
 Cum enim eà, quam diximus, die laudatus supra illius ex Filio ne-
 pos, Dn. Secretarius Lembecke / circa horam nonam domo abiturus
 eam antè inviseret nonnullaque cum ea collocutus fuisset, nullo tam
 propinquæ mortis indicio animadverso, non multo post illius abitum
 de siti conquerens potum sibi propinari iussit. Quo sumto, mox
 ad somnum velut, prouti, quæ ei ministrabant, rebantur, sese com-
 ponens placidè obdormivit, nunquam ad mortalem hanc quidem vi-
 tam, ast è somno hujus vitæ ad illam, à qua omnis alienus est somnus,
 vitam expergefacta. Quemadmodum igitur nulli dubitamus, quin
 animam illius, sibi semper quam devotissimam, DEUS nunquam fi-
 niendis bonis refocillet; ita & ossibus ejus levem, ad beatam usque
 àνάστασις, apprecamur terram. Huic autem cum ista mandanda ho-
 die sint, Vos omnes atque singulos, CIVES ÆSTUMATISSIMI!
 decente humanitate rogatos velim, ut frequente eadem prosequa-
 mini comitatu. Sic namque Vos veræ pietatis ac genuinarum
 virtutum veros atque ingenuos declarabitis æstimatores.

P. P. Sub Sigillo Academ. Anno 1716. d. 5. Novembr.

Conveniemus funus hoc prosequenti in ade. Jacobæ hora 1. Pomer.

meranorum Gryphica Academiâ jurispru-
gnaviter incubuit, mox verò Svecica ca-
Duce quidem tum Chiliarcha, nunc Ge-
tenente DN. de DUCKERN, Præfe-
constitutus, in notabili illa notissimaque
vam commissa infelicitè pugna, ceu mi-
nem decet, vitam amisit. IV. Mellitici-
tem, ANNAM, quæ paulo post ac n-
naturalem, adque spiritualem renata
est ad vitam in cœlis æternam. Altero
jugio amplexa nepotes Beata fuit I. V.
stantissimam fulgidissimamque, EL-
CATHARINAM, quæ primum quidem
accepta fuit Viro maxime Strenuo, DI-
HERLINGO, Reg. Maj. Svec. rei tori-
fecto (Artillerie Major) Wismariaë deg-
is præmaturâ morte improles diem obi-
nuptiis cessit Viro per - Strenuo Generoso
TONIO von TEET, Centurioni Sve-
riori anno Viduum dereliquit, non
gaudia cœlestia sequuturum. Hoc ejus
matrimonium secundum existit, prod-
filio unico, ERICO, qui cum utroque
(unius enim semestris spatium Matrem
de Filium, ac tandem Patrem abstulit)
bonis; unicâque filiâ lectissima jucundi-
RIA ELISABETHA, quam Proavia in
recepit, in tædiis curisque plenâ senect-
disque modis ab eâ recreata. II. Nobiliss-
Virum, DN CASPARUM, unicum ho-
minis superstitem, quod speramus, prop-
Ampliss. Senatus Rostoch. Secretarius qu-

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
W
X
Y
Z
Copyright 4/1999 XxyMaster GmbH www.xxymaster.com
VierFarbSelector Standard - Euroskala Offset

A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
Focus
O
Balance
Q
R
S
T
U
V



Aprilis mense An. 1713. legitime constitutus, officium
 tamen isthoc, causis permotus pręgnantibus atqve suffi-
 cientibus, Anno superiore deposuit, ac ā negotiis pub-
 licis se removens ad vitę tranquillitatem quietemque
 perfugit. Non minimam is felicitatis suę partem re-
 putat, quod ipsi nepotum ex numero soli contigerit
 senio confectę dilectissimę Avię suę pręsto esse ac fili-
 alia, quę sanctissima DEI lex Parentibus ā liberis prę-
 standa vult, servitia ad extremum usque illius hali-
 tum exhibere. Quam pietatem ipsi ā gratiā divinā
 compensatum iri, quę subitet, non habebit. III. JO-
 HANNEM FRIDERICUM, tenerrimā in infantiā
 cęlo restitutum, quę Prę-Nobiliss. magnę
 que virtutis, ANNAM, MARGA-
 RETHAM, Generoso ac Consultis-
 simo, FELICEM, Sereniss. Duc.
 SLESIÆ, LMI gl. rec. Consi-
 lio, ex quā sua nepte
 iterum amisit,
 tem DORO.
 degens tan-
 tuget, quod
 re ipsam oportet.
 CUM, qui & ipse an-
 tum naturę debitum ex-
 acta per primogenitum illum
 Filius, utriusque sexus nepotum Avię,
 Proavi, in pronepotum facta fuit. Ad reli-
 quam autem ex ipsamet illa progenitam prolem ut-
 pergamus, An. 1652. enixa fuit filiulam, ANNAM E-
 LISABETHAM, quę anno mox inleqvente ad se,
 qui dederat, DEUS recepit. Compensabatur verō illi,

B

us

